

www.e-rara.ch

Graecae literaturae dragmata

Ökolampadius, Johannes

Basileae, anno 1546

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1415>

Ioannes Oecolampadius Hartmanno Halwilero. nobili adolescenti, s. d. p.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

IOANNES OE CO

LAMPADIVS HART-
manno Haluuilero, nobili adole-
scenti, S. D. P.

E Quidem mi Hartmanne, præsens libellus,
quem Græcæ literaturæ ἀγύματα appel-
lare libuit, nisi tu ἐγχειρίδιον dici malis, haud im-
meritò tuæ spectatissimæ indoli nuncupatus, alijs
quoq; studiosis adolescentibus inuulgatur. Cum
enim nocturna, diurnaq; manu, quicquid id est lu-
cubrationum uersans: id egeris, ut non modò tibi
magno sit usui, sed & complusculos irritaris, qui
deposcerent describendum, per quem breui et plu-
ri mū te profecisse cognorint, πάντες γὰρ εὐδοκούν-
τες ἰδέσθαι σου τοιοῦτον ἔργον. Atqui ego non eo ani-
mo consarcinaram, ut aliquando in lucem prodiret:
præsertim quòd deesset illi splendor cultissimo
seculo nostro respondens: sed ut amicis quibusdā
gratificarer. Agentem etenim me in Heydelbergē
si gymnasio, Petrus Scybenardus, primariæ auto-
ritatis Theologus, adeoq; solidioris Theologiæ
antistes, ὡς περ ἐργωδιώντων, ad id muneris perur-
gebat. Quid enim negarē amico, et tanto? Susce-
pta itaq; præceptoris prouincia, id potissimū spo-
stauit, ut non tam ingeniolū ostentarē, quàm osten-

4 IO. OECOLAMPADII AD

derem ea, quæ auditoribus maximè conductura arbitrabar. Vnde & si non tam elimatè, aut discretè, aut etiã latinè: tamè quanta potui fide, id quod mihi tumerat eruditionis, candidè communicabã. Nec me operæ poenitet, quæ iuuisse me aliquot certus sum. Vt enim de Petro ipso sileam, non est quod in Theobaldo Billicano, Ioanne Brentio, Ioanne Marquardo desyderetur, quo minus in catalogo græcè doctorem recenseantur: alioqui multifariam eruditi. Attamen libello nostro ij, propter quos desudatus erat, nondum tantam gratiam pepererant, ut sub dio conspicuus uiseretur. Verùm tua singulari diligentia, pertinaciq; studio, tantum illi fauoris conciliatum est, ne amplius delitescere possit, sed me uel reclamante progrediatur. Itaq; & in propatulo, tuo gaudeat patrociniò: quo autore factum, ne intra amicorum contineretur scrinia. Iam tu nihil causeris, quo, iuuenili rubore suffusus, modestè iniunctam excutias patrocinandì sarcinam. Sat patrociniij, sat cõmendationum, eo te adiutum, incitasse & alios, obices reductos, abiectare pagula, discussas tenebras: & ut paucis, pateret tibi ianuas ad optimos quosq; autores legendos, siue ad Philosophiam, siue Theologiam diuerteris. Qua de causa scilicet græcanicum studium maximopere amplectendũ

Siquidem

Siquidem nusquam purius, nusquam luculentius, nusquam copiosius artes omnes traditæ sunt, quàm apud Græcos. Super qua re Scipio Carteromachus eleganti oratione disseruit. Cæteras missas facio. An non Theologia, quæ primatum sibi iure uendicat, & ad quam te in primis aspirare uelim, Græcis ex fontibus haurienda? Vix enim fieri potest, quanta uis interpretum sit felicitas, ut in alienam linguam natiua proprietates, tantorum mysteriorum profunditas, tanti spiritus uehementia, tantæ maiestatis dignitas transfundi queat, ne quid reliqui desideretur. Quamuis aliquandiu nulli Græcis literis infestiores fuerint, quàm illi ipsi, qui nihil consummatum, nihil egregium, sine talibus præstant. Hinc, dum plerique pro suo ingenio, ne dicam inscitia, magis quàm rei dignitate, τὸν θεοπνευστοῦ γραφὴν tractant, miserandis inuoluimur erroribus: et quod perniciosissimum, apud multos ματαιολογία ἀπὸ τῆς θεολογίας, & Christus, nescio quis, commenticius pro uero subrepat. Valeant illi, nihilque nobis cum tam ignauo fucorum genere commune sit. At tibi admonitione nostra opus minime. Habes quos imiteris, habes quibus pareas. Nihil in animo tuo rectè instituendo omittit doctum illud caput nostrum, Volfgangus Fabritius Capito, Theologus neutiquam

6 EPIST. NVNCVPATORIA.

personatus. Quo prælegente, indies audis, quid uer-
 teres illi, Basilii, Chrysostomus, Origenes, Gre-
 gorius, in nostræ legis difficultatibus senserint.
 Nihil item & patruus tuus, uir grauissimus, Ioan-
 nes Rudolphus Haluulerus, Basiliensis templi
 custos, non agit, quo te sui similimū effingat, Hal-
 uuleraq; familia subinde, tanquam Libani saltus,
 proceras aliquot cedros in ædificium Basiliensis
 ecclesiæ mittat. Et tute egregie eniteris, ne cardu-
 um pro cedro Libani præstes: adeoq; ut quemad-
 modum domesticis exemplis prouocatus, literis,
 & uirtutibus te mancipasti, ita cæteros condisci-
 pulos, tuis moribus allectos, ad melioris uitæ fru-
 gem prouehas. Quod ego cū animo aduerterim,
 Dragmata hæc, Andreæ Cratandro nouo chalcœ
 typo, miræ diligentia & ardoris, in promouen-
 dis literatæ literaturæ studijs, tantopere pro no-
 stra ueteri consuetudine expositulanti, ædenda tra-
 didi, sub tui maximè nominis memoria, ut candi-
 do lectori simul ea commendarem, & amicitiam
 nostram literario munere testarer: Qua mihi ni-
 hil iucundius esse poterit, modò à cœpto uitæ tra-
 mite per adolescentiæ lubricum, ne aberres.

Vale. Basileæ, Pridie Calend. Septemb.

Anno uirginei partus,

M. D. XVIII.